X.   715- 1657

Andreas Comes de Leszno Dei grat. Archiepus Gnesnen.
Legatus Natus Regni Poloniae Primas, Primusq. Princeps.

Honorandis Vris Vicarijs Ecclarum quarumuis Caeterisq. Presbyris
quibusuis Clericis Scholarum Rectoribus tenore psentium requiren.
salutem in Dno. Mandamus vobis in virtute Sanctae Obediae et sub
Excomnis poena quatens ad Instham Instigatoris Curiae Nrae perso-
naliter accedendo Magcum Sigismundum Walewski Succamerarium
Terrae Zawicen. vel Executorem testamenti Magci olim Martini
Sadowski Castellani Gostinen. ipsum ~~pro~~ uno edicto pro tribus et perem-
ptorie Citetis, quem etiam Nos psentibus Citamus, ut coram Nobis Iudice
Nro Lovicij, uel vbi tunc cum Curia Nostra feliciter constituti fuerimus
Die 15 Mensis May hora audien. Causarum fieri solita persolr.
legitime et peremptorie compareat ad viden. et audien. contra se proponi:
Quia ipse in contemptum Authis Ordinariae, non expectata Approbone Testa-
menti praefati Magci Castellani Gostynen. per Nos et Iudm Nrum facien.
Summis pecuniarijs, et rebus in Auro, argento, Clenodijs, vestibus aliaq.
mâa consisten. totaq. suppellectili domestica morte eiusdem Magnifici
Castellani derelictis disponere ausus est et psumpsit: Attentandumq. ipsum
propterea poenis condignis puniri, taliterq. [illegible] ipsum facti et attentata dispo-
sitionem cassari et annihilari: Caeteraq. quae de Iure venerint statui,
decerni et ordinari: Et nihilominus dicto Magco Dno Walewski, alysq.
memorati Testamenti Executoribus Authe Nra seno inhibeatis et di-
stricte pcipiatis, cui et quibus etiam Nos seno inhibemus, et districte pci-
pimus, ne ipse seu quiuis illorum quouis pretextu colore et ingenio, tam per se quam
per alias quasuis submissas et subordinatas personas directe uel indirecte,
tacite, uel expresse ad disponem rerum mobilium sic ut pfertur derelictarum
amplius procedere audeant et praesumant imo ab ea supersedeant tantisper
donec per Nos Iudmq. Nrum aliter sup pmissis declaratum fuerint sub poena
Mille Aureorum et in subsidium Excomnis. In quorum fidem. etc. Datum Lovicij
Die 7 Maij, Ao Dni 1654.

Nro sub sigillo

Locus sigilli

12